



17281.

40 96

DISSE^TRATI^O JURIDICA,^{16.}
DE 1675
ADVOCATIS,

^{QVAM}
CONSENTIENTE MAGNIFICO
ICTORUM ORDINE,
PRÆSIDE
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTIS-
SIMO atq; EXCELLENTISSIMO,

DN. GODOFREDO STRAUSSIO,

Philosoph. & J.U.D. Institutionum Prof. Publ. longè ce-
leberrimo, Curiæ Elector. Scabinatus & Inclytæ Facultatis Juri-
dicæ Assessore Gravissimo.

Fautore ac studiorum suorum Promotore omni observantia
& viternum colendo,

publico eruditorum Examini subjicit

CHRISTIANUS SCHLINZIGIUS,

Dresd. Misn.

In Auditorio Ictorum,

Ad diem Octobr. Anno M DC LXXV.

WITTEBERGÆ,
STANNO WILCKIANO.

DERRATIUS LIBRICA
DE
SIGMOGLIA

CONSTANTINUS MELONIUS

ALIAS

IN CORDOBENSIS TRADITIONE


DISCIPULI ET PUPILLI LIBERIS

CHARITANIE SCOTTICOLIS

DISCIPULI MISER

IN AUDITORIO ECCLORUM

MITTERRIGE
STANNO WICCRINO



PROOEMIUM.

Si Disputationem aliquam conscribere constituunt, eò collaborare silent imprimis, ut inveniant materiam, quæ novitate pariter ac raritate commendari posit maximè. Quād longè verò nonnulli id observaturi, à scopo aberrent, meum non est affirmare, nec illos sectari animus. Sed libet potius ad utilitatem inclinare eundem. Quapropter materiam de Advocatis, quorum Laudabile, viteq; hominum maximè necessarium officium est. l. Laudabile. 4. Cod. de Advoc. 2. simulq; de eorum Juribus tractantem selegi, nullus dubitans, quin ex illius perlustratione, quæ pro institutiratione brevis sit, multum utilitatis haurire valeam. Quò verò hic noster labor ritè ac feliciter perfici queat, Divinum Numen in cuius nomine ad omnia consilia omnesq; actus semper progredimur. l. 2. C. de offic. Pref. prat. Afr. supplex veneror, ut ejusdem principium sit, medium & terminus. Nov. 109. pr.

ICON

THESIS I.



Ntequam rem ipsam aggredior, vocabuli natura paucis examinanda erit, ut unde illud descendat, evidenter constare queat. Nam licet potior rerum l. 7. in fine ff. de supell. legat. arg. l. 15. §. 4. locat. prior tamen verborum habenda est ratio l. 1. pr. ff. de Just. & Jur. l. 1. ff. de reb. cred. J. Ctorum itaq; vestigiis qvoniām insistendum nobis est, vocabulum Advocati quale sit videbimus. Deprehendimus autem illud compositum esse à præpositione separabili *ad* & participio verbi *voco*, ut inde Advocatus dicatur, qui ad patrocinium præstandum à Clientibus vocatus est. Zoës. ad ff. tit. de postul. num. i.

Thesis II.

Variè autem accipitur: Olim in latissima significatione eos denotavit, qui testimonii causa in judicium vocabantur, vel etiam qui præsentiam saltem suam amico commodabant. Moris etenim fuit tam in publicis, quam privatis Judiciis amicos advo- care qvorum autoritate Judices moveri posse putavere. Vid. Cal- vin, in Lexico Jurid. hac voce & ibi cit. Aut. Qui mos adhuc ho- diè à nonnullis observari assolet, dum unum vel alterum ami- cum in Judicium secum adducunt, (qvem lingvā vernaculā einen Beystand appellamus) non ut eorum causas oret, sed præsenti- am tantum commodet suam. Postea vox ista latè sumi cepit, & dicti ita sunt, qui qvoqvō studiō causis agendis operabantur, uti patet ex l. 1. §. 11. de extraord. cognit. non verò qui pro tractatu non adfuturi causis accipere aliquid solent. c. l. 1. §. 11. in quo signifi- catu & nostris moribus usurpatur, dum qvemlibet advocationem nominamus, sive procurator sit, sive defensor, sive quis alius. Strictè sumitur pro eo, qui casus orat, ac patrocinium clientibus præstat. Wissenbach. ad tit. C. de postul.

Thesis III.

Multis præterea Nominibus insigniuntur Advocati. Di- cuntur enim (1) Patroni l. 1. §. 4. ff. de postul. l. 6. pr. C. eod. (2) Pa- troni

troni causarum l. 4. C. de postul. l. 1. C. de Advoc. 1. l. 4. l. 5. eod. (3)
Causidici. l. 6. pr. C. de postul. l. 2. l. 5. C. de Advoc. 1. (4) Togati l. 8.
C. de postul. l. 3. l. 5. l. 6. l. 8. l. 9. C. de Advoc. 1. (5) Jure Sax. Vor-
sprechen audiunt. vid. Land-Recht lib. 1. art. 60. plura hanc in rem
videri possunt apud Colleg. argent. tit. de postul. tb. 19

Thesis IV.

Definitur Advocatus à Jcto Ulpiano qvòd sit, qui defide-
rium suum, vel amici sui in Judicio exponit, alteriusq; desiderio
contradicit. l. 1. §. 2. ff. de postul. cui adstipulatur Glossa in Land-
Recht lib. 1. art. 60. ibi: Ein Vorsprech ist / der auff seines Freun-
des oder eines andern Begehr und freundlichs Ersuchen dem Rich-
ter eine Sache vorträgt / und dieselbigen mit Reden vertritt/ gegen
denen die sich darwider sezen.

Thesis V.

Ratio differentiæ desumitur (1) ab objecto, qvòd sunt cau-
sæ litigiosæ, tam civiles qvàm criminales, ac eæ qvidem justæ,
injustas enim Advocatus suscipere non debet. l. 14. §. 1. C. de Ju-
dic: Struv. Exerc. 17. adff. tb. 5. Nam qvæ facta lèdunt pietat-
em existimationem, verecundiam nostram & contra bonos mo-
res fiunt, ea ne qvidem nos facere posse credendum / 15. ff. d.
condit. Instit. (2) à formali, qvod consistit in patrocinii præ-
statione, Dirimunt nempe Patroni litium ambigua Fata Causa-
rum, suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis
lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano
generi, qvàm si præliis atq; vulneribus patriam, parentesq; sal-
varent, ac gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem,
vitam & posteros defendunt. l. 14. C. de Advocat. 1. Exinde diser-
tè patescit, Patronum à Procuratore longe differre, in illo scilicet
reqviritur Jurisperitia l. 11. C. de Advoc. in hoc non item, hu-
jusq; officium privatum, & vile l. 34. C. de Decur: illius verò pu-
blicum, & honorabile est l. Advocati. C. de Advoc: 1. Gail. lib. 1.
observ: 43. n. 3. § 4. Plures differentiæ videri possunt apud Ec-
kolt. adff. tit. de postul: §. 1. ibiq; citat: Ad.

A 3

Thesis

Thesis VI.

Tractandum nunc erit de variis Advocatorum speciebus, & commodè dividi possunt: in Advocatos privatorum & Fisci. Hi ab Imperatore Hadriano instituti leguntur apud Cujac. in Comment. ad ff. tit. de his qvæ in testam: del. verb: ipso Jure perimi. suntqve, qvi causas Fisci agunt. l. i. C. de Advocat. Fisci, qvi Fisci nomine agunt. l. 3. C. eod. Dicuntur aliàs Patroni Fisci l. 10. l. 15. 16. C. de Advoc: l. l. 4. § 3. C. de Advoc. 2. Patroni Ærarii l. 8. C. eod. Eorumq; Advocatio, qvæ pro causis fiscalibus suscipitur, Patrocinium Fisci. l. 13. C. de Advoc. 1. Patronatus Fisci audit. l. 3. §. 4. § 6. C. de Advoc. 2. Quemadmodum autem singula Fora, statutos suos habuerunt Advocatos, ita quoq; singuli Fisci habent Advocatos, ut in Foro Alexandrino l. 1. C. de Advoc. 1. In Foro Præfeti Prætorio Illyrici l. 12. C. eod. in Foro Præsidialis secundæ Syriae l. 2. C. de Advoc. 2. Nec tamen plures unō inqvolibet Foro fuerunt Advocati Fisci. l. 12. C. de Advoc. 1. præter Forum Præfeti Prætorio, ubi successu temporis duo electi sunt, cùm olim unus saltem fuerit constitutus. l. 10. l. 15. C. de Advoc. 1. qvod observari in Camera Imper. adhuc testatur ord: cam: P. i. tit. 15. & 16. Plura de Advocatis Fisci videri possunt apud Dn. Meier. in Colleg. Argent. ad Tit. ff. de postul. th. 48 & seqq.

Thesis VII.

Patroni, qvi causas Privatorum agunt, dividuntur iterum in statutos C. i. pr. C. de Advoc. 1. l. 13. C. eod. (qvos hodiè ordinarios appellamus) & supernumerarios d. l. 13. Illi sunt, qvorum nomina Matriculæ seu Albo Advocatorum inserta, d. l. 13. pr. l. 1. C. de Advoc. 2. l. 14. §. 2. C. de Assessoribus, qvi Collegio atq; Consortio, qvod certum Advocatorum habet numerum sunt associati. l. 7. pr. & §. 1. & l. seq. C. de Advoc. 2. l. 3. C. de Advoc. 1. l. 11. §. 1. eod. ut certo Foro inserviant. l. 11. §. ult. l. 13. C. de Advoc. 1. Hinc alii sunt Advocati Præfecturæ l. 5. C. d. t. alii Præfecturæ Prætorianæ l. eod. Alii Provinciarum. l. 6. l. 13. C. d. t. Nec aliud obtinet in Cam: Imper. de quo videri potest Ord. Cam: P. i. tit. 18. §. Sezen/ ordnen und wollen. ibi: daß über 24. Advocaten und

und Procuratores nicht angenommen werden sollen. Pariter res
se habet in terris Saxonici ubi quoq; Judicia Curialia Lipsi-
ense sc. per Ordin. Jud. Cur. Lips: tit. Wieviel Procuratores & seq.
& Wittenbergense per Ordin. Cur. Witteberg: tit. von denen
Procuratoren/ suos statutos seu ordinarios habent Advocatos.
Discrepat tamen supremum Appellationis Judicium , qvod
Dresdæ est , hoc qvemlibet habilem ac jure non prohibitum
admittit, de qvo videri potest Ordin: Jud. Appell: Tit. Von de-
nen Advocaten und ihren Amtpe sub fin. pr. Ubi expressis verbis
scriptum reperitur : daß ein jeder denselben Advocaten zu dem
Er das beste vertrauen hat / in seiner Sache gebrauchen möge.
Hæc de statuis Advocatis. Quinam vero sint supernumerari seu
extraordinarii ex natura contrariorū facile elucescat. Nimirū,
qui supra numerum statuorum sunt, ac nulli certo ordini addicti
per omnia Fora liberè oberrant. l. u. §. fin. C. de Advoc. i.

Thesis IX.

Postquam confusè actum fuit de Advocatis, nunc eorun-
dem per causas distincta succedit tractatio. Sunt vero secun-
dum vulgata Philosophorum tum JCTorum approbantium tra-
dita, qvatuor causæ, eademq; vel externæ, ut efficiens & finis, vel
internæ, materia scilicet & forma. Causam efficientem & qui-
dem proximam, constituunt litigatores, qui pro lubitu Patro-
nos sibi eligunt qvos volunt. Eckolt. ad ff. tit. de postul. §. 3. tum
qvoq; Prætor, vel qvilibet Magistratus ordinarius, qui dare so-
lebat Patronos litigatoribus. (1) potentibus, utpote fœminis,
pupillis, vel aliis debilibus, vel qui suæ mentis non sunt, si quis
eis petat. l. 9. §. 5. de offic. procons. (2) non habentibus, ex officio,
si scilicet ambitione adversarii, vel metu patronum non inveni-
unt d. l. 9. §. 5. l. 1. §. 4. de postul. Nam aliquem per adversarii
sui potentiam opprimi non oportet. c. l. 9. §. 5. Nostris moribus
qvilibet Magistratus habens Jurisdictionem constituerere potest
Advocatos.

Thesis IX.

Nec solum volentes, sed etiam invitati. l. 1. §. 4. ff. de po-
stul: l. 9. §. 5. de offic. procons: l. 7. C. de postul: cap. i. X. de offic.
Judic. (1)

Judic. modo ipsius jurisdictioni sint subjecti. *Habn. ad ff. tit. de postul. n. 3.* Postulare etenim publicum quodammodo munus est, l. 2. de R. J. ad publica vero munera inviti cogi queunt arg: l. 1. pr. de administrat. tut. accedit, quod Republicæ intersit litigantium causas non relinqui indefensas, *Wesenb. b. t. n. 3.* Hinc simonitus à Judice parti denegaverit patrocinium, à Foro arcendus, nec iterum admittendus est, quod non tantum procedit, si Advocatus sit ordinarius. l. 7. C. de postul. sed etiam extraordinarius, nam causam semel susceptam peragere tenetur. Azo ad tit. C. de postul: n. 5. Eckolt. ad ff. eod. n. 3. in fine. Gail: lib. 1. obsero. 43. n. 1.

Thesis X.

Quod verò ratio dignitatis ac decoris Magistratus habeatur, non sine delectu quoslibet ad postulandum admittit, sed prohibentur quidam. I. Edictō Prætoris. Horum iterum tres sunt ordines. Primus est eorum qui in totum à postulatione arcentur, ac (1) Minor qui decem & septem annos nondum complevit, quia moderatam hanc demū ætatem ratus est Prætor ad procedendum in publicum nihilq; magis naturæ contrariari, quam eum qui rebus suis plane superesse nequit, aliena negotia administrare. arg: l. 5. C. delegit. tutel. (2) Furiosus, Nullum enim negotium rectè gerit, cum non intelligit quod agit. §. Furiosus. 8. Inst. de inutil. stipul ac per omnia & in omnibus absentis & quiescentis loco habetur. l. 2. §. ff. de Jur. Codicill. l. 1. §. 3. de acquir. val amitte possess. l. 17. §. 11. in fin. de enjur. l. 124. §. d. de R. J. (3) Surdus qui prorsus non audit, nec enim permittendum ei postulare, qui Decreto Prætoris non auditō quasi non obtemperasset, poena, ut contumax plecti posset. Præterea quoque Adversario contradicere nequit, quod tamen in Advocato necessario requiritur. l. 1. §. 2. ff. de postul. Aliud dicendum de surdastro, qui male audit, in quo prædictæ rationes cessant. (4) Mutus, nam ab omnibus actibus, ubi verbis opus est, repellitur, arg. l. 1. ff. de V. Q.

Thesis XI.

In secundo ordine constituti pro aliis postulare nequeunt.

(1) Fac-

(1) Fœminæ. l. i. §. 5. ff. de postul. l. 2. de R. J. Pudicitiaæ enim se
xus muliebris minimè congruum est, alienis causis se immiscere,
ac virilibus fungi officiis, c. l. i. §. 5. l. 2. de R. J. l. 18. C. de procur.
suam verò causam exponere ipsis non est indecens, Struv. Exerc.
VII. ad ff. th. 14. Nam propriam suscipere defensionem, non
virile, sed cuiusvis est officium, nec rei suæ benè gerendæ occasio
cuiquam auferenda, l. 4. l. 9. C. de procur. Schnob. Disp. 3. ad ff. th.
3. Jure Saxonicæ mulier neqve pro se neqve pro aliis rectè agit,
nisi habeat curatorem ad litem Vid. Landrecht. lib. 1. art. 44. &
46. item lib. 2. art. 63. pr. Carpz. part. 1. const. 1. def. 30. Ordin. pro-
cess. judic. tot. tit. wie die Weibes-Personen vor Gerichte handeln
sollen. (2) Cæcus utraq; lumine orbatus, qvòd scilicet insignia
Magistratus videre ac revereri non possit. l. i. §. 5. ff. de postul. in
Senatorio tamen ordine constitutus, eundem retinet, ac judi-
cantis officiò rectè fungitur. c. l. i. §. 5. (3) Insigni turpitudine
notatus, l. i. §. 5. de postul. utpote, qvi corpore suò spontè mu-
liebria passus est. l. i. §. 6. ff. de postul. aliud verò obtinet, si vi
prædonum vel hostium stupratus fuerit, c. l. i. §. 86. Capitali
crimine damnatus, & qvi operas suas, ut cum bestiis depugnaret,
locavit, ac nihil interest, an depugnaverit, mercedemque conse-
cutus fuerit, annon. l. i. §. 6. ff. de postul. aliud verò obtinet, si
virtutis saltem gratiâ sine spe mercedis hoc fecerit, c. l. i. §. 6.
Qvod si prædictæ personæ aliorum curam vel tutelam gerant,
tunc pro iisdem postulare omnino queunt, cùm necessariò fun-
gantur officiò. l. i. §. 6. in fin.

Thesis XII.

Tertius ordo est eorum, qvibus pro se & certis qvibusdam
personis, tantum edictò postulare conceditur. Tales autem
sunt: omnes omnino infamiâ Juris, non tamen singulari, notati.
His enim Prætor permisit, pro parente, patrono, Patrona, libe-
beris parentibusq; Patroni, aliisq; postulare. Et qyoniam

B. Præto

prætor de illis in titulo de in Jus voc. pluribus edixit, ideo eo
cum Ulpiano in l. i. §. ii. b. t. brevitatis studio me remitto. vid.
Wesenb. ad tit. de postul. n. 4.

Thesis XIII.

II. Lex qvostdam prohibet, in qvorum numero sunt:
(1) Judex & arbiter, in ea causa ubi judicaturi sunt, qvia ali-
qnam inter arbitrum & patronum oportet esse differentiam l. 6.
C. de postul. ne dum ad utrumq; festinant, neutrum benè peragant.
l. 14. pr. C. de assiss. Brunnem. ad c. l. 6. C. Perez. ad tit. C. de Po-
stul. n. 5. (2) Hæreticus, l. ult. C. b. t. nisi pro se & conjun-
ctis agat. Wesenb. b. t. n. 5. Glossa in LandR art:
60. n. 3. (3) Clericus, Nov. 123. c. 6. nisi in causa propria, Ec-
clesiae, conjunctarum & miserabilium personarum. c. i. § 3. X.
de postul. (4) Potentiores. l. un. C. ne potent. patroc. (5) Fi-
scus & civitates. l. 3. § 10: tit. C. ne Fisc. vel Republ. (6) Liber-
tus contra patronum suum. l. 2. C. de postul. (7) Vasallus con-
tra Dominum. 2. F. 24. §. 2. verb. si delator. (8) Advoca-
tus fisci contra causas Fisci. l. 2. C. de advoc. i. l. i. C. de advoc.
Fisci.

Thesis XIV.

III. Sehtentia Judicis prohibentur. Advocati & pro-
curatores, qui ob contumaciam vel delictum, vel aliam ob cau-
sam à postulatione removentur, qvidam ad certum tempus,
qvidam coram magistratu tantum sententiam pronuntiantur
illi post lapsum tempus (quinquennium scilicet) iterum ad-
mittuntur pro nonnullis. l. 8. ff. b. t. Iste verò nunquam. Hi
apud successorem postulare queunt. l. 6. §. i. b. t. nisi prohibitio
indefinita fuerit facta, odiosa enim restringenda sunt per Reg: 16.
de R. f. in. 6. Ita tamen prohibiti à Judice, ne volente quidem
adversario, ob rationem l. i. pr. b. t. postulare valent, l. 7. ff. eod.
eon-

consilio interim, scripturis aut aliis privatis actionibus litigatorum causae extra Judicium inservire haud vetantur. Vid. Wesenb. adff. tit. de postul. n. 5.

Thesis XV.

Perlustrandæ nunc veniunt causæ, de quibus lis moveri sat let qvarum aliæ sunt justæ, aliæ injustæ, aliæ dubiæ. De justis, qvin defendi possint dubitari non licet, quemadmodum injustarum patrocinium defugiendum l. 14. §. 1. C. de Judic: In causa verò dubia sedulò Advocatus inquirat in causæ justitiam, qvòd si verò de eadem ipsi exactè negaret constare, verisimilis tamen videatur, eam nihilominus defendendam suscipere potest, cum sufficiat, si clientulus saltem justas quasdam habeat exceptiones, quamvis adversæ partis rationes sint praestantiores. vid. Struv. Exerc. VII. adff. th. 5. Qvando verò ignorans causam injustam defendit, excusat, modò non veretur in ignorantia crassa.

Thesis XVI.

Causæ aliæ sunt civiles, aliæ criminales. Qvoad civiles nullatenus dubitabimus, qvin cadant sub partes Advocati. In criminalibus verò pariter non tantum à parte Actoris, si scilicet accusatio justis fundata sit indiciis, advocatio procedit; sed etiam à parte Rei. ipsum enim delinqventem defendere non solum pius ac laudabile. Struv. Exerc. VII. adff. th. 7. sed etiam ei, qvocunq; tempore postulanti, defensio concedenda est. l. 18. §. 9. ff. de question. Carpzov. præt. crim. part. 3. quest. 115. n. 2. Præterea Causæ sunt vel Ecclesiasticae, qvæ coram Judicio Ecclesiastico, utpote Consistoriis, qualia in qualibet ferè Provincia constituta sunt, Carpz. in Jurispr. Consistor. l. 3. tit. 1. def. 1. n. 7. proponi debent. cap. 3. X. de Judic. vel seculares, qvæ coram ordinario

seculari Magistratu veniunt expedienda, nisi forte personæ privilegiatae sint, quæ singulare habent Forum. Nimirum Vasallus quo ad res Feudales, Clerici, Professores cum tota Familia & Studiosi in Academiis, item Milites aliiq; de quibus videri potest Struv. Exerc. IX. ad ff. tb. 49. Causæ tandem aliæ sunt ordinariæ, quæ ordinario & solenni processu expediuntur, vel extraordinariæ seu summariæ, in quibus de plano & sine strepitu proceditur. Zang. de except. p. 1. cap. 1. n. 57.

Tbesis XVII.

Postquam hactenus de causis, circa quas agendas Advocatus versatur, actum fuit, operæ nunc pretium fore arbitror, si nonnulla de cautelis adjiciam. Cautè igitur advocatus versetur (1) in suscipienda causa, nec sibi persuaderi patiatur iustam esse justam, quod facile quibusdam circumstantiis, à cliente omisis, accidere possit. Hinc sedulò admonendus est cliens, ut omnes qualitates causæ aperiat. Etenim tres sunt personæ quibus veritas omnino confitenda. Confessionarius, Advocatus & Medicus. Berlich. part. 1. conclus. 9. n. 15. Exploratâ hōc modō causâ, illam tutò suscipere potest, prospiciat verò sibi (2) de sufficienti legitimatione, ne illâ destitutus, si opponatur exceptio legitimationis, ad refusionem expensarum, damni & interesse condemnetur Berlich. part. 1. concl. 14. n. 20. Nec de sua tantum, sed etiam de Adversarii legitimatione sollicitus sit. Nam si imperfectum admiserit Mandatarium Judicium redditur elusorium. (3) Cautelâ adhibeat circa citationem, ut quamprimum citari faciat Adversarium, ne quid contra ipsum tanquam non auditum pronuncietur, quod postea nullius sit efficaciam. I. 4. C. de sentent. & interl. Fieri autem citatio debet à Judice competente, solenni modō, justo tempore, ad locum legitimum, ne ex defectu aliquo illa corruat. (4) Caveat in indaganda actione, ut, si à parte ster Actoris, pingviorem eligat, quam facilius suum consequevi possit, si vero

verò à parte rei, de legitimis cogitet exceptionibus, qvibus Adversarii intentionem excludere valeat. *Cæpoll. Caut. 118.* Hæc de cautelis adducta sufficient, plura enim de iisdem tractare angustia temporis prohibet, videri autem ulterius potest. *Cæpolla in Tractatu suo de Cautelis.*

Thesis. XVIII.

Causam formalem ipsius Advocati I. in probitate reponimus, sit itaq; vir bonus & justus, cui sapientia hujus mundi dispiceat, qvæ est, cor machinationibus tegere, sensum verbis ve-
lare, & qvæ vera falsaq; sunt, demonstrare, & contra, sed potius amplectatur sapientiam justorum, qvâ nihil per ostentationem fingimus, sensum verbis aptamus, falsaq; devitamus. *Vid. Zoëf. ad ff. tit. de postul. n. 6.* omni diligentia, studio, fide & industria res clienti gerat. *I. 1. C. de Aduoc. 2.* agat qvod causa desiderat *I. 6. §. 1.* *C. de postul.* Hinc (1) nullas adhibeat fraudulentas cautelas & fal-
lacias ad obtainendam causam *Zoëf. c. l. n. 13.* dolô tamen bonô seu arte qvâdam, ad excludendas adversarii cavillationes, uti non prohibetur. *Struv. Exerc. VII. ad ff. ib. 8.* (2) Neutiqvam lites se-
mel susceptas ex industria cum magno litigantium dispendio protrahere. *I. 6. §. 4.* *C. de postul. l. ult.* *C. de Adv. 1. n. 6. vers.* nec easdem protelare. *Berlich. part. 1. conclus. 9. n. 39.* sed qvâm citisfi-
mè fieri potest, ad finem perducere debet. *I. properandum 13. §. illō procul. 9. C. de Jud Berlich. c. l. n. 40.* Porro non (3) ineat cum cliente pactum de qvotalitis, ne fortè malè litigandi occasionem nanciscatur *I. 5. C. de Judic. l. 53. ff. de pact. Zoëf. ad ff. tit. de postul. n. 6. seqq.* *Berlich. part. 1. conclus. 9. n. 75.* *Carpz. part. 1. constit. 1. def. 24. n. 3.* aliud vero obtinet si ratione victoræ vel palmarii idem pacifca-
tur. *I. 1. §. 12. de extraord. cognit. Berl. c. l. n. 76.* *Carpz. c. l. n. 4. Gail. lib. 1. obs. 44. n. 1. seq.* (4) Clientuli sui secreta nullatenus pande-
re, nec adversario aperire debet, multò minus colludere cum ipso, incidit alias in crimen prævaricationis. *I. 1. C. de Aduoc.*

*I. i. §. ult. de pravaric. Struv. Exerc. VII. adff. tb. 10. Schnob. di-
spur. adff. 3. tb. 4. Aliud verò statuendum existimo, si fortean
grave Republicæ damnum ex inde metuendum sit.*

Thesis XIX.

*II. Requiritur in Advocato scientia & eruditio. I. 2. C. de
postul. Ac sit (1) Juris peritus, I. II. §. 1. C. de Adv. I. turpe enim
est causas oranti , Jus, in quo versatur, ignorare, I. 2. §. 43. ff. de
O. 7. non verò sufficit per usum & exercitium aliqualem sibi
Juris notitiam acquisivisse. Berlich. part. 1. conclus. 9. n. 58, sed
per statutum tempus, quinquevnum puta, Jurisprudentiae o-
peram deditus advocatus, necesse est, I. 3. §. 4. C. de Advoc. I. I. 5.
§. 4. eod. Berlich. c. I. n. 53. seq. Carpz. part. 1. const. 1. def. 18. n.
16. quod præterea specimine quodam academico vel testimonio
orum, quorum informatione usus fuit, probare tenetur, alias
non admittitur. Ordin. Judic. Saxon. Tit: von Advocaten und
Procuratorn in gemein. §. Besonders aber. inmed. (2) Mode-
stia ornatum esse oportet Advocatum, primò erga Judicem co-
ram quo causas agit, debitam nempe reverentiam, tam in lo-
quendo, quam scribendo ipsi exhibendo, eō ipso enim illius
benevolentiam sibi conciliabit. Dn. Nicol. proc. Jud. p. 1. c. 6. n. 9.
Berlich. part. 1. conclus. 9. n. 11. Deinde erga suum clientem, ne il-
lum austero & quasi Catonico vultu excipiat, si forte saepius, aut
intempestivè ab eo interpelletur. Quandoquidem summi &
honorati viri non solum, sed maxime vulgus capiunt blandi-
tiis. Tertio erga Advocatum sui adversarii, placide sc. causam
propounding, ad exceptiones respondendo, verum, non ultra
quam litis poscit utilitas, in licentiam convitiandi & maledicen-
di temeritatem prorumpat. I. 6. §. 1. C. de postul. nullis uta-
tur cavillationibus Berlich. part. 1. conclus. 9. n. 27. Ord. Judic. tit.
von Advocaten und Procuratorn in gemein. ibi: Sollen sich in re-
pen und schreiben gebührender beschedenheit besleissigen/ aller
fachlichen*

stachlichen anzuglichen Worte/ so wohl gegen die Gerichte/ als ih-
ren Regentheil und dessen Beystände/ enthalten. *Carpz. in processi-*
tit. 5. art. 7. n. 42. seq. scepticis enim & futilibus verbis pugna-
re, non gravis & eruditus esse Advocati, tradit *Reink. de R. S. C.*
E. lib. 1. cl. 5. c. 11. n. 64. (3) reqviritur facundia, unde Sacra-
tissimus Imperator in *Constit. Omnim. S.* illud verò: *in*
fin. derat. C. methodo Jur. doc. Oportet, inquit, prius
animis & postea linguis eruditos fieri. ac in l. 13. C. de
Advoc. 1. perorare, & in l. ult. C. de *Advoc.* 2. disertissimi
dicuntur advocati. Nec tamen in ipsis vana sit loqvacitas, qvæ
parum utilis, nec delectentur verbositate ac multitudine sermo-
nis, sed breviter ac nervosè Clientuli sui Jura proponant, qvod
non parum gratiæ solet patere. *Vid. Berlich. part. 1. constit. 9. n.*
31. seqq. Ordin. Jud. Saxon. Tit. von Advocaten und Procurato-
ren in gemein. ibi: ihrer Clientem und Principalen Nothdurstse
Kurz und nervosè proponiren und einbringen. Qvapropter
non immerito laudat *Carpzovius Advocatos in Curiis provin-*
cialibus Saxoniciis, qvod palmam verè hac in re obtineant, & in
negotiis etiam perplexis ac difficultibus Jura partium succinctè
ac nervose adducant, nec vel Judici bilem moveant, vel seipso-
nimjo aggravent labore. *Carpz. in Process. tit. 5. art. 7.*
n. 32.

Thesis XX.

Chri non in convenienter tradant Philosophi: *Omnia sic-*
ti ob certum finem, Ita non abs re erit, de fine Advocati nonnul-
la hic adducere. Qui vel remotus est, gloria nempe Dei, ad
qvam omnes nostras actiones dirigere nos oportet, ideo is, qui
hoc negligit, Deo tanquam supremo Judici severissimas aliquan-
do reddet rationes. Vel propinquus, qui iterum triplex est,
(1) Sublevatio eorum, qui Jus ignorant. Non enim omnia pos-
sumus omnes, nec omnes Jurisprudentia operam navare opor-
tet. Hinc Advocatos qui dirimunt ambigua Fata causarum.
l. 14. C. de Advoc. 1. adire necesse habemus. (2) Justitiae admini-
stratio,

stratio, qvapropter non immeritò Sacerdotes Justitiæ, appellantur, qvoniam nempe eandem colunt, æqui boniq; notitiam profitentur æqvum ab iniqvo separantes, licitum ab illicito discernentes, l. i. §. 1. ff. de Justitia & Jur. suō qvoq; candore & fidè efficere queunt, ut mali trahantur ad supplicium, dum iis dengant patrocinium vel strenuè accusant, qvi alias manerent impuniti. Itidem bonos ab omni injuria scelerorum securos præstant, qvi alias facile supprimerentur.

Thesis XXI.

Effectus Advocationis vel respectu clientis , vel Advocati considerandus venit. Respectu Clientis est , qvòd omne com modum & damnum , qvòd ex advocatione ortum fuit, ad ipsum tanquam Dominum transeat. Dn. Nicolai in *Process. part. 1. cap. 6. n. 21.* Dum advocatus in hoc articulo cum Mandatario quodammodo convenit, à qvo omne ad Principale redit. l. 20. ff. *Mandati.* Aliud verò obtinet, si (1) dolô aliquid commiserit, colludendo scilicet cum Adversario, qvod factum Clienti nullò modò nocebit ; sed semper inde victo, etiamsi non provocaverit, collusione detectâ , de ea vicissim agere licebit. (2) Si errore, sive Juris, sive facti, aliquid gesserit , tunc videndum, num cliente absente, num verò præsente è id fuerit factum. Priori casu, error Advocati neutiquam ei nocere potest , l. ult. C. de error. *Advoc.* posteriori casu omnino nocebit nisi in continentia , hoc est, triduo proximo , contradixerit. l. ult. C. de error. *Advoc. Colleg. Argent.* ad tit. ff. de postul. th. 40. Dn. Nicol. in process. art. 1. c. 6. num. 21. Effectus à parte Advocati est præmium laboris, gratis enim postulare nemo tenetur, sed pro modo litis, proq; facundia & Fori ac Judicii consuetudine rectè peti potest salarium. l. i. §. 10. ff. de extraord. cognit. *Wesenb.* ad tit. ff. de postul. num. 3. Dn. Nicol. cit. loc. num. 4. unde nihil interest , an de eo conventum fuerit, an non.

Thesis

Theſ. XXII.

Postquam in præſenti de præmio , pro labore præſtitio Ad-
vocato solvendo, actum fuit, nunc de ejusdem quantitate videbi-
mus. Non autem pro lubitu , quantum vult exigere potest ad-
vocatus , sed debet illud æſtimari pro modo litis , l.i. §.10 ff. de
extraord. cognit. Præter hæc ultra licitam quantitatem, centum
nimirum aureos in singulas causas , loco palmarij stipulari ne-
qvit §.ult. c.l.i. Berlich. part. i. conclusion. 9.n.70. Excipiuntur au-
tem cauſæ graves , utpote Criminales , Episcoporum vel Abba-
tum, ubi ſalarium meritò centum aureos excedere potest. Utſ
trudit Berlich. c. l.n.71. Non abs re erit, jam inquirere, qvid Ju-
ris ſit, ſi Advocato cum Cliente de certo ſalaryo, ſingulis annis ex-
ſolvendo, pactus fuerit, per primum vero vel ſecundum annum
parum, aut nihil egerit, anne tunc ipſi ſalaryo debeat? Qvod
affirmamus, modò per ipſum non ſteterit, qvò minus præſtiterit
operam , nec expreſſe ſub conditione: Si operæ præſtabuntur,
fuerit conuentum l.38. S.1. ff. locat. cond. l.24 ff. de condit. & de-
monſtrat, Gail. lib.1. obſ. 44. num. 12. Idem obtinet ſi intra annum
liſ ſopiatur, item, ſi intra annum moriatur Advocatus, tunc qvo-
que ſalaryo ab heredibus ejus neqvidem repeti potest ſolutum.
l. i. §.13 ff. de extraord. cognit. Berlich. part. i. conſt. 9. num. 79. cùm
eadem ſubſit ratio , jam verò ubi eadem eſt ratio , ibi eadem eſt
Juris diſpositio. arg. l.32. ad L. Aquil.

Theſ. XXIII.

Inſeqyuntur nunc remedia qvibus Advocatus ſalaryo
confeqvi valet, & ſunt actiones ipſi competentes. Primò qvidem
condictio certi, qvæ, qvotiescunq; aliquid certum promiſſum eſt,
competit. Struv. Exerc. XVI. ad ff. th. 39. Deinde actio ex ſtipu-
latu, ſi incertum promiſſum fuerit. Struv. Exerc. XLVII. ad ff. th.
25. Gail. lib.1. obſeru. 44. num. 3. Tertiò remedium aliquod extra-
ordinarium adhuc datur, qvod eſt , ut Advocatus retinere Acta
C privata

privata aliaq; clientis documenta possit , donec ipfi exsolvatur
pretium. *Dn. Nicel. in process. p.1. c.6. n. 15.*

Thesis XXIV.

Cæterum de Advocatorum privilegiis nonnulla huc adjicere necessitatis postulat ratio. Ac gaudent (1) privilegio competentiæ, vi cuius, in tantum, quantum facere possunt , conveniri saltem queunt. Etsi verò hōc privilegiō armati tantum fruebantur milites , l. 6. l. 18. ff. de re jud. tamen propter similitudinem, qvam togati cum illis habent. l. 14. C. de Advoc. i. rectè ad illos extenditur, uti testatum facit *Berlich. p.1. conclus. 80. num. 53. Carpz. part. 1. constit. 32. def. 18.* (2) Qvicqvad Advocatione acquirunt, sibimet ipsis acquirunt, tanquam peculium qvam castrense. l. 4. l. 8. C. de Advoc. i. hinc de illo tam inter vivos, qvam mortis causa, disponere possunt, servatō saltem communi testandi ordine. l. 37. pr. C. de inoffic. testam. §. fin. Inst. de milit. testam. (3) In propriis causis litigantes nullas exsolvere tenentur sportulas. l. 7. §. fin. C. de Adv. 2. (4) Ab omnibus oneribus personalibus sunt immunes. l. 3. C. de Adv. 1. l. 6. 7. l. 13. eod. l. 5. l. C. l. 7. §. 5. C. de Advoc. 2. (5) Eorundem filii aliis, quando novus cooptandus est Advocatus, præferuntur. l. 11. §. 1. C. de Advoc. 1. l. 3. §. 5. C. de Advoc. 2. nullis qvidem hanc in rem impensis factis.

Thesis XXV.

Sicuti Advocatos laudabiliter se gerentes præmia sequuntur, ita peccantes poenæ. Ac puniuntur (1) prohibiti postulare, si nihilominus postulaverint, & qvidem arbitrarie. l. 1. §. 6. in fin. ff. de postul. *Schnob. disp. ad ff. 3. tb. 6.* (2) Vasallus, qui contra Dominum Feudi patrocinium præstat, beneficio privatur. 2. Feud. 24. §. 2. vers: item si delator. *Gail. lib. 1. Obs. 88. n. 5.* (3) Si Donatarij contra donantē postulet, Donata res ab ipso revocari potest. l. fin. C. de revocand. donat. *Gail. cit. loc. n. 6.* (4) Clericus, qui contra Ecclesiam, sub qva beneficium habet, stat, eodem pri-

vatur

Vatur. Cap: fin. X. de postul. (5) Qui Prævaricator extiterit, extra ordinem punitur. l. 2. ff. de prævaric. utpote infamiâ l. 4. eod. l. 4. §. 4. ff. de his. qui notant. infam. aut exilio. l. fin. C. de postul. vel removetur ab officio. l. 5. ff. de prævaric. vel condemnatur ad damnum ac interesse clienti restituendum. Struv, Exerc. 48. ad ff. tb. 99.

Hæc de Advocatis dicta in
præsens sufficient, plura ad-
jicere instituti ratio prohi-
buit. Interim hic sit Finis &
SOLI DEO GLORIA.



D.GO-

D. GODOFREDUS Strauß/P.P.

Clarissimo
Dno. Christiano Schlinzgio,

Autori hujus Disputationis maxi-

me industrio

Salutem plurimam dicit!

SAlutaris maximè lex, cuius Antonius Gue-
varra in Horolog. Princip. lib. 1. cap. 2.
p. 8. meminit apud Romanos olim obtinuit,
qua adolescentes elapsò decennio vel ad studia
literarum vel ad res militares adjungere ani-
mum vel opificium discere jubebantur, ne homi-
nibus otiosis civitas repleteatur. Quæ sanctio
utilissima quamvis à multis habeatur insuper,
ab aliis tamen adbuc præclarè custoditur, qui
ne decennium quidem expectant sed à primis
statim ungivulis Musarum castra sequun-
tur, nec stationem deserunt ante, quam hostem

commu-

communem ignorantiam nempe vicerint atq;
fugaverint. His ipsis Te quoque Respondens
Clarissimè accensere habeo. Tu es qui à prima
etate literis operatus Jurisprudentiae apud nos
navasti operam sedulo. Atq; hinc ardori illi tuo
non satisfecisse videbaris Tibi , si semel cathe-
dram disputaturus concenderes, prodire vo-
luisti & altera vice , & demonstratum dare,
quantum denuo ab illo tempore profeceris,
Omen insimul bonum daturus Talem mox
futurum, qualem, nunc disputando te exhibes.
Veneror almū Numen ut institutum hocce pro-
prium atq; perpetuum Tibi esse sinat, insimul q;
voveo, ut Advocatus mox dignissimus Patriæ
commoda plurima , optimo vero Parenti gau-
dium immensum in senectute illa proiecta con-
cilies. Vale. Dabam ex meo Museo die 15. Octobr.
1675.

Ad

Dn. Christianum Schlinzigium

amicum plurimum colendum,
cum pulchre de *ADVOCATI* munere disputaret,

Conradus Samuel Schurz.

fleisch, P.P.

& hoc tempore Ord. Phil. DECANUS.

Etsi homines ita sociati sunt inter se atque copulati, ut usu officio- que invicem conjunctissimi vi- vant, & concordiam, quae sola au- get humanas res & ornat, sincerè colant at- que tueantur: tamen exaudimus quotidiane fori strepitum, & miramur saepe ac queri- mus, quæ tanta voluntatum sit dissensio, ut alii contra alios tam vehementer contem- dant. Qvod vitæ genus acerbum est sane ac inanum, iis præcipue, qui tranquillitate, quam lites distrahit valde & turbant, dele- stantur. Et tu vero illuc studium omne con- fers tuum, ac efficere hoc studies atque absolve- re, ut verseris in turba clientium, & rogatus patro-

patrocinia suscipias, causamq; dicas. Non
quidem ut accendas animos, atq; ad rixan-
dum inflammes, qvod præter gravis Advo-
cati officium, præterq; tuam consuetudinem
est, sed ut instructis rationibus forensem il-
lum æstum quasi restingas nonnihil, & pru-
denter modereris, ut omnes intelligant, non
te conjectari lites, nec morâ trahere, ac differ-
re consulto, & procrastinare semper, sed sum-
mo jure experiri constituisse. Qvod ut tibi
omnibus rebus doctrinisq; ornato rectè atq;
ex animi sententia eveniat, & causas forenses,
ad qvas instructissimus accedis, bene felici-
terq; tractes, ac edito de advocate specimine,
gravis & prudentis advocati gloriæ prælu-
das, personamq; hanc aptè decoreq; in repu-
blica sustineas, ac sanctum hoc inviolabileq;
munus præclarè geras, & leges judiciaq; lau-
datissimè administres, animo libenti proli-
xoq; opto. VVitteb. ex Museo XII. Nov.
A. cl. b. LXXV.

Madri.




Madrigal.

Als ja Frau Fama was zu reden hat/
Ben der gelehrten Welt. Kan also schliessen/
Wie dieser außerwehlte Rath
Von niemand als Apollen müsse fliessen
Drumb/weil dein edler Fleiß uns abermahl
Was herrliches vor Aug und Ohren bringet/
Verdienstus auch/wenn die gesamte Zahl
Der Musen dich mit allen Ernst besinget.
Ich/der ich zwar mit meiner Kehle
Den Schwanen nicht mit einzurechnen bin:
Gedencke doch daß deinen Sinn
Ich endlich nicht so gar hiermit verfehle
Zuförderst da ein anderer Beruff
Dich bald mit unsern Gränzen wil verloben,
Da schweig ich vollends nicht. Der Himmel dro-
ben
Der führe deinen Vorsatz wohl hinnaus
Und bringe dich gewünscht ins Vater Haus.

Seinem hiebevor gewesenen hn. Stu-
bengesellen und werthen Freunde
zu Ehren schrieb es.

VV. C. Pitterlin Jur. Stud.






Wittenberg, Diss., 1674-75

X 241 8708

VD 17





Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



4096
16.
1675
15.
IO JURIDICA,
DE
CATIS,
YAM
TE MAGNIFICO
IN ORDINE,
ESIDE
AMPLISSIMO, CONSULTIS.
ELLENTISSIMO,
DO STRAUSSIO,
ditionum Prof. Publ. longè ce-
binatis & Inclitæ Facultatis Juri-
ore Gravissimo.
n Promotore omni observantiâ
am colendo,
rum Examini subjicit
SCHLINZIGIUS,
d. Mistr.
IO JCTORUM,
pr. Anno M DC LXXV.
EBERGÆ,
WILCKIANO.